

# Calendarium Romanorum (exemplis e Martyrologio illustratum)

	numerus diei
<b>Kalendae:</b> diēs mēnsis <u>p̄rimus</u>	
<b>Īdūs:</b> diēs <u>tertius decimus</u> post kalendās <i>Exceptio:</i> mēnse Mārtiō (item Māiō, Iūliō, Octōbrī) Īdūs nōn diēs tertius decimus, sed quīntus decimus post kalendās est.	
<b>Nonae:</b> Diēs <u>nōnus</u> ante Īdūs.	

## Septimo Kalendas Januarii


Hierosolymis (dies) natalis sancti Stephani Protomartyris, qui a Judaeis, non longe post Ascensionem Domini, lapidatus est.

## Tertio Kalendas Februarii

Mediolani (dies natalis) sanctae Savinae, feminae religiosissimae, quae, ad sepulcra sanctorum Naboris et Felicis Martyrum orans, obdormivit in Domino.

## Sexto Idus Aprilis

Carthagine (dies natalis) sanctae Concessae Martyris.



## Tertio Nonas Maji

(Dies natalis) Sancti Pii Quinti, ex Ordine Praedicatorum, Papae et Confessoris, qui Kalendis mensis hujus obdormivit in Domino.

## Quarto Idus Maji

Romae, via Aurelia, (dies natalis) sancti Pancratii Martyris, qui, cum esset annorum quatuordecim, sub Diocletiano, capitis obruncatione martyrium complevit.

## Idibus Maji

(Dies natalis) Sancti Joannis Baptistae de La Salle, Presbyteri et Confessoris, qui Sodalitatis Fratrum Scholarum Christianarum fuit Institutor, ac septimo Idus Aprilis obdormivit in Domino.

## Decimo septimo Kalendas Septembris

(Dies natalis) Sancti Joachim, patris immaculatae Virginis Genitricis Dei Mariae, Confessoris, cujus dies natalis refertur tertio decimo Kalendas Aprilis.

Quando celebratur dies festus... ?	
Sancti Joannis Bapt. De La Salle	
Sancti Joachim	
Sancti Pancratii	
Sancti Pii Papae Quinti	
Sancti Stephani	

Quando mortus est... ?	
Sanctus Pius V.	
Sanctus Joannes Bapt. de La Salle	
Sanctus Joachim	

Urbes aut oppida ubi mortui sunt...	
Sancta Concessa	
Sancta Savina	
Sanctus Pancratius	
Sanctus Stephanus	

		apud Romanos dicebatur:	in Martyrologio dicitur:
25 / 12	Diēs octāvus ante kalendās Iānuāriās	ante diem octāvum kalendās Iānuāriās (a.d. viii kal. Iān.)	Octāvō (diē ante) Kalendās Jānuārii.